

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Mascov Heinrich Schuckmann

**Disputatio Iuridica Inauguralis De Processu Exceptionis, quae ob Transactionem
parti agenti obiici solet**

Gryphiswaldiae: Doischerus, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn807095028>

Druck Freier  Zugang



K.K - 2(90.)

1. 8.
2. 9.
3. 9.
4. 5.
5. v
6. v
7. 5.
8. 6.
9. 6.
10. 6.
11. 6.
12. 6.
13. 6.
14. 6.
15. 6.
16. 6.
17. 6.
18. 6.
19. 6.
20. 6.
21. 6.
22. 6.
23. 6.
24. 6.
25. 6.
26. 6.
27. 6.
28. v
29. v
30. 6.
31. 6.
32. 6.
33. 6.
34. v
35. 6.

1. Gurren de actione funeraria.
2. Bartholdi de concursu dotis et fieri.
3. Potticher de munerum et immunitatum jure.
4. Felch de re venatoria ejusque annexo jure.
5. Laher de jure decerpendi ponum in alieno.
6. Schultes de jure patronatus canonico.
7. Roht de cautione de non offendendo.
8. Obrecht. sacra termini.
9. Conring de summae potestatis subjecto.
10. Conring de cestima republica.
11. Conring de regno.
12. Conring de boni consiliani in republica munere.
13. Scheurle. de divitiorum inventione numeri et usu.
14. Obrecht de resilio imperiali.
15. Mascov. de proceris exceptionis quae ob transactionem parti agenti objici solet.
16. Redeker de fidei dicitur.
17. Redeker de traditionibus.
18. Radov de jure necessitatis.
19. Radov. de horreis publicis.
20. Radov. de necessitate inveniendi matrimonium.
21. Radov. de delictis carnis.
22. Struv. de iuribus liberorum.
23. Struv. de reliquis non iuriis.
24. Struv. de pacto hereditatis conservativo.
25. Struv. de iudeis.
26. Kämpfer de iuribus coloni partiarii.
27. Kämpfer de jure appulvus.
28. Meyer de jure circa cadavera punitorum.
29. Avianus. de veterum iuriis interpres distinctionibus quas magistrates vocant.
30. Bremen de tractatibus.
31. Peeter de oblatione.
32. Philippi de usu non graminum odore siflyshus Embraius.
33. Welz de iuribus particularibus statutis et confuetudinibus.
34. Mylius de escamme retito ad L.S.C. de iuriis: omnibus: iudicis.
35. Linck de usu divortiorum

36. Martini de monte pietatis.
37. P. Müller de odio variationis.
38. Harpprecht de admiratione personae extraneae in dispositione parentum inter liberos.
39. Röht jura fidei postea convenire voluntar principalem debitorem antequam ipse fecerit.
40. P. Müller de gradu doctoris.
41. Schwendendorffer de communione bonorum conjugali.
42. Röht de reticentia.
43. Lyncker de nominatione socii criminis.
44. Schröder ad L. jugularem C de inofficiis dotibus.
45. Cyben de factoribus.
46. Herber de iure coniugiorum apud veteros Germanos. Sect. 2.
47. Stasse De lexit contestatione an et quatenus bona fidei possessor per eam in mala fide constituta?

43
15a

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
PROCESSU
EXCEPTIONIS,
quæ ob Transactionem parti
agenti objici solet,

QVAM
DEO Optimo Maximo favente,

Ex Decreto & Authoritate
Magnifici, Nobilissimi atque Amplissimi JCtorum
Ordinis in Illustri Academia Gryphica,

PRÆSIDENTE
VIRO Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimo & Excellentissimo
DN. PETRO MASCOVIO,
J.U.D. Professore Ordinario, & Facultatis
Juridica h.t. DECANO Spectabili,
Fautore suo plurimum honorando,

PRO LICENTIA
Summos in Utroque Jure Honores consequendi
publicæ & solenniæ disquisitioni submittit

HENRICUS SCHUCKMANNUS,
Rostoch. Megapolit.

in Auditorio Majori ad diem 26. Martii Anno 1675. horis consuetis.

GRYPHISWALDIAE
Typis MATTHÆI DÖISCHERI, Acad. Reg. Typogr.

SERENISSIMO PRINCIPIA
AC DOMINO,

DN. GUSTAVO ADOLPHO,

Duci Mecklenburgico, Principi Vetu-
stæ Gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Co-
miti Sverini, Terrarum Rostochii & Stargar-
diæ Domino,

PATRI PATERIA.

U&

CÉLSISSION PRINCIPIA
AC DOMINO,

DN. ADOLPHO FRIEDERICO,

Duci Mecklenburgico, Principi Vetu-
stæ Gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comiti
Sverini, Terrarum Rostochii & Stargardiæ Domino,

In decus Patriæ feliciter prodeunti.

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS.

cā quā par est devotione

quantulum hoc est, sacrum vult

SUARUM SERENITATUM

Servus subiectissimus

HENRICUS SCHUCKMANNUS

Jova! Juva!

CAPUT I.
exhibet

Vocum in inscriptione
Disputationis nostræ con-
tentarum explicationem.

THESS. I.



Rima literarum rudimenta
discentibus optima hæc est methodus,
quà à cognitione literarum ad syllabas
perveniunt, à syllabis ad dictiones pro-
greduntur, à dictionibus denique tran-
scendent ad orationem; cùdem plane
ratione proposito mihi PROCES-
SUM EXCEPTIONIS è TRANS-
ACTIONE provenientem, proce-
dendum esse, ipsa necessitas efflagitat.

Absque omni ergò verborum ambage, verām vocum vim ac signifi-
cationem intueri placet.

II. In vulgus notum est vocabulum Transactionis esse com-
positum, à trans & agere; trans idem est ac ultra. *Faber in Lexic.*
quo sensu dicimus, trans Alpes, trans mare. Agete pro diversis
loquendi formulis diversas quidem habet significationes, *idem Fa-
ber.* semper tamen factum seu actionem innuit, & germanico idio-
mate exprimitur per verba, fürhaben/ schaffen / thun/ handeln/ &c.

III. In Jure nostro transfigere aut propriè accipitur, & ad so-
lum actorem respectum habet, quippe in cuius solius est potestare
ab actione transire; aut metaphoricè pro decidere. *Schard. Lexic.
Jurid.* Hac ratione Transactionis vox derivatur à transfigendo, id
est finem imponendo, *Calvin. Lexic. Jurid. Corvin.* ad l. 229. ff.

A

de V. S.

de v. s. & idem exprimit quod Accordum, Concordum, Germanicè Vertrag/ in eadem significatione transacta finitaq; totà die conjunguntur, ut in d. l. 229. Geminam Doctores ejus significatiōnē tradunt, alteram Generalem, alteram Specialem. schard. Lexic. jurid. corvin. d. l.

IV. Ad Generalem refero varios ejus in Jure obvios significandi modos, de quibus sequentes recensentur in *collegio Argentoratensi, sub titulo transactionis.* Interdum opponitur contrahendi verbo, *l. i. §. 3. ff. de fact.* ubi nihil aliud denotare videtur, quam dissolutionem. Interdum non differt ab efficere, vel perficere. *l. 26. c. de Donat.* Interdum demonstrat idipsum, quod Transactione datur, *l. 8. §. fin. ff. b. t.* Interdum sumitur pro quo-cunque actu, quo concordia inducitur, vel ab actione receditur, idemq; sermè est, quod terminare, finire ac peragere. *l. 229. 230. ff. de v. s. l. 2. 31. ff. de Jurejur. l. i. §. ult. ff. ad sc. tertull. l. i. ff. de term. mot. l. 21. ff. de dol. mal. l. 13. §. 7. ff. de bis, qvi not. infam. l. i. §. 1. ff. test. quemadmodum l. 5. ff. de Decur. Hartman. pract. for. lib. 2. observ. i. tit. 2. n. 12.* Transactionis συναρμονία videri potest in colleg. Argent. dict. loc.

V. Specialis, optimè describitur, quod sit dato, vel recepto aliquo timore praesentis, vel futuri judicii in re dubia conventa decisio. *l. i. ff. b. t. Wefembec. in parat. ff. eod. n. 2.* In hac significazione transigi nunquam gratis potest, *l. 17. 38. c. b. t.* & differt à pacto in hoc, quod transigens de re dubia & lite incerta, neque finitā non gratuitò decedat: paciscens verò donationis causā, rem certam & indubitatam ex liberalitate remittat. Hæc igitur transactione semper presupponit rem dubiam, incertam & liti obnoxiam. *car. prov. lib. 5. t. 8. Resp. 66. n. ii.* non quod necesse sit, ut lis jam excitata, sed ita res comparata esse debet, ut de ea lis, sive discordia, excitata sit, vel excitari possit; sufficit enim ad validitatem transactionis, aut litis motæ, aut litis movendæ timor tam de jure, quam de facto, *juxta l. 2. c. b. t. sicard. in cod. ibid.*

VI. Ex dictis in aprico esse potest, quanto errore constringantur illi, qui transactionis vocabulum ad solam specialem adstringere contendunt. Hi certè, nisi animo rixandi, aut disputandi (quemadmodum in Academiis interdum fieri solet) hoc faciant,

mon

non possunt non suam in Jure inscritiam prodere. Et opus habent, ut discant ex 2 holofani partit. *Jur. Canon.* l. 3. tit. 3. c. 2. & aliis Doctorum scriptis, duplarem etiam de Jure Canonico Transactionis esse speciem; unam, quæ aliquo dato, vel retento sit: alteram, quæ amicabilis interdum dicitur compositio, ut in *authent.* si vero contigerit. *c. de judic.* in quam nullo dato, vel retento, sed gratis partes condescendunt.

VII. Nostræ Disputationis Objectum, utraque Transactionis species esse debet; quippe non tantum de Speciali, sed etiam de Generali in foro quotidie disceptatur.

VIII. Sensum vocabuli Processus grammaticalem prolixè hic indagare supercedeo. Loquuntur enim omnes Lexici de simplicium vocabulorum scilicet pro & cedo significatione, ut ita nec compositum in obscuro esse possit; Authores Latinæ lingvæ utuntur eo pro gradu; sic *cic. de clar. orat.* gradus & processus dicendi inquit.

IX. Jure Consultis hæc vox familiaris est, & ab iis variè usurpatum; Sic procedere idem aliquando vult quod currere, ut procedere stipendia militibus. *schard. in Lexic. Jur.* In l. 2. ff. de orig. *Jur.* pro successu temporis accipitur. In l. 41. ff. de donat. inter vir. & uxor. progressum, quem vir facit honoribus adipiscendis denotat. in *ordin. camer.* p. 1. t. 38. & p. 3. t. 12. vox processus designat literas in expediendis litium negotiis à Judice emissas. Sic in *Recess. de Anno 16. 4. §. 34. 35.* dicitur Aufzichtung der Process, oder Aduing / in §. 67. Aufbringung und insinuirung der Process. In nostra inscriptione hoc vocabulum accipimus de processu judicij, qui est ordo quidam legitimus, secundum quem controversæ causarum cognitæ ex bono & æquo celeriter definiuntur. *Calvin. Lexic. Jur.* in hac significatione dictæ *ordin. camer.* p. 3. generalis inscription von dem Gerichtlichen Process, & passim *Recess. Imperii* illo etiam utuntur. In Jure Canonico eodem significatu receptum est. *C. 2. decet domum. in fine. in sexto de immunit. Eccles.* In genere comprehendit omnia acta, coram quolibet Magistratu etiam, quæ sine strepitu judicij & minùs solenniter, seu ut Dd. loquuntur, summarie sunt.

X. Exceptio, quam vocem in vernacula nostra lingua exprimitur

munt verba, Vorbehaltung / Ausdrigung / &c. *Calepin. Lexic.* & componitur ab ex & capio, varie etiam apud Latinos usitata legitur. Aliquando enim notat verba, accipere, recipere, amplecti, ut excipere hospitio. Aliquando sustinere, sic legitur apud Li- vium, Cæsarem & Salustium, impetum & tela hostium sustinere. Excipere insidiis, pro insidiosè furari, dixit *Virg. Eclog. 3.*

XI. In Legibus Civilibus excipere ponitur pro eximere ali- quid de regula, excludere, demere, l. 17. §. 6. ff. de act. empt. pro scribere. l. 32. §. 2. 4. c. de *Appell.* Unde exceptor, qui dictata ex- cipit. l. 19. §. 9. ff. locat. pro recipere, l. 36. §. 1. ff. de *Judic.* pro suscipere, ferre. l. 17. §. 3. ff. de serv. præd. urb. Aliquando ex- ceptio idem est ac pactio. l. 72. §. 1. ff. de contr. empt. l. 13. ff. de *prescript. verb.* l. 43. ff. de *pact.* Verum hæ significationes sunt alienæ à proposito nostræ Disputationis.

XII. Exceptionis vocabulum quando sumitur in genere pro quavis defensione quoquo modo actioni objecta, l. 11. c. de *Except.* complectitur etiam replicationes & sequentes allegationum for- mulas. §. 3. *Inst. de Replic. cuiac. parat.* ff. b. t. nec non exceptio- nes conventionis, (ut loquuntur Dd.) l. 3. §. 7. c. de non num. pec- cun. quæ alias non sunt verè ac συγγνώμας Exceptiones, colleg. Argent. b. t. in specie accepta, est quasi quædam exclusio, quæ in- terponi actioni actoris à reo solet ad excludendum, l. 2. pr. §. 1. ff. b. t. vel differendum l. 2. §. ult. ff. b. t. id quod in intentionem, condemnationemve deductum est, l. 2 ff. b. t. durch welche die Klae- ge niedergelegt/ oder zurücke gestellt wird. Et hæc interdum dici- tur *præscriptio. Rubr. C. de Except. & præscript. l. 91. ff. de solut.* Item conditio, l. 22. ff. de *Except.* l. 7. §. pex. ff. de dol. mal.

XIII. In quæstionem à Jctis vocari solet, an vocabulo actio- nis etiam exceptio contineatur? Negamus id, si strictè ac proprié actionis nomen accipere volumus. l. 8. §. 1. ff. de *V. s.* ubi vide Goeddeum, Everardum Bronchorst. cent. 4. assert. 26. Est enim exceptio actionis exclusio, l. 2. ff. b. t. alioquin impropiè, & is, qui exceptione utitur, agere dici potest. l. 1. ff. de *Except.*

CAPUT

CAPUT II.

De Transactionum naturali origine
variisq; earum speciebus.

THESS. I.

TRansactionis sicut omnium sermè contractuum primam & na-
turalem originem Juri Gentium , quod Dd. secundarium vo-
cant, nos deberi putamus. Nullus enim dubito quin ipsa ratio
æquitatis, quæ Pacta & Contractus tam nominatos, quām innomi-
natos introduxit, etiam Transactioni applicari possit, maximè cùm
veniens contra Transactionem dici etiam possit venire contra Jus
Gentium & æquitatem naturalem. arg. l. 1. pr. ff. de constit. pecun.
Postquam enim à prima illa & cum natura quasi nata communione
recessum, & sàpè propter naturalem hominum ad dissentendum
facilitatem. l. 17. §. 6. ff. de recept. arbit. de rebus iis , quas homines
suo sibi jure vendicabant, controversiæ inter eos exstitere, contro-
versiæ verò illæ nonnunquam conjunctæ essent cum maximo al-
terutrius detimento, naturalis æquitas , quæ non permittit quen-
quam alterius incommodo suum augere commodum. l. 14. ff. de
conduct. indebit. l. 206. ff. de R. f. l. 17. §. 4. ff. de Instit. act. nec al-
teri per alterum iniquam conditionem inferri , l. 74. ff. de R. f.
modum, quò tanto malo medicina afferretur, svasit.

II. Hunc modum Transactionis nomine venire jure posse,
existimo ; quamvis non negem nominalem ejus significationem.
Scriptoribus Juris Gentium propemodum incognitam esse , cuius
rei rationem hanc esse credo, quod natura rerum ita conditum , ut
plura sint negotia, quām vocabula. l. 4. ff. de prescript. verb. Gvi-
lielm. Grot. de princ. jur. natur. cap. 16. Ipsâ tamen re propterea
non destituuntur : quippe qui tot pagellis naturam contractuum
innominatorum delineare summo studio contendunt, eamq; tales
declarant , quæ si Transactioni applicetur , parum aut nihil diffe-
rentiæ inter contractus innominatos & Transactionem interposi-
tum videatur. Hinc sit, quòd multi Doctorum, inter quos & ol-

dendorp. in syllog. except. for. non dubitent, eam definire per contractum innominatum, & parum interesse putent, an Transaction contractus innominatus, do ut des, an facio ut des dicatur; cum remittere sit facere. Ab horum tamen opinione alii, ut & nos recedimus, quia nullus in Transactione pœnitentiæ locus relinquitur. arg. l. 10. c. b. t. schilling de Except. pag. 433. Et communiter hic Dd. Inter quos & Mæstertius lib. 1. dubit. 38. de just. Roman. Leg. Quod non tantum procedit in Transactione, quæ tendit ad liberandum, sed etiam quæ tendit ad obligandum, arg. l. 9. c. b. t. Gylmann. Symphor. supplic. tom. 3. p. 1. n. 45. cum in contractibus innominatis regulariter re integrâ hoc permittatur. l. 5. ff. de conduct. caus. dat. sichard. ad l. 1. c. de transact. scotan. exam. jur. de præsc. verb. q. fin. Ex iisdem quidem principiis, seu naturalibus causis, quibus contractus innominati, Transaction profluxit, non tamen Transaction omnibus requisitis contractuum innominatorum donata est, sed hi contractus causæ tantum & modi sunt, quibus Transaction fit & peragitur, quod elegansissime Dr. Frantzke in Comm. Pandect. b. t. n. 4. exprimit & Bacoboru. ad treutl. p. 1. disp. 7. th. 1. lit. D. Et F.

III. Cum, quod dictum, Transaction descendat à contractibus innominatis, dubitatio exoritur, num stricto Juri sit adscribenda, vel utrum bonæ fidei dici mereatur? Ferd. Rebell. de Obligat. just. Relig. Et char. lib. 16. quv. 2. eam stricti juris secundum communem Dd. opinionem esse dicit, ei assentiuntur etiam Marpurg. vol. 3. Conf. 19. n. 39. Carpz. l. 1. Resp. 60. tit. 6. Mynting. Resp. 64. n. 11. Wesemb. Confil. 15. n. 4. Et Conf. 3. n. 27. part. 1. Pistor. Conf. 20. n. 73. part. 1. & plurimi alii. Præstat tamen rem distinctione submoveri. Cothman. vol. 1. Resp. 28. n. 222. 223. & ibidem allegati Doctores non novum esse statuunt, ut contractus nominati cum innominatis conjungantur, vel etiam misceantur, & omnes simul aliquo Transactionis genere & modo comprehendantur ac definiantur. His opitulatur Menoch. Conf. 664. n. 17. dicens, Transactionem factam super contractu stricti Juris, parere similem actionem, factam vero super contractu bonæ fidei, producere actionem bonæ fidei. Ex quibus infero, Transactionem esse aut stricti Juris, aut bonæ

bonæ

bonæ fidei, prou negotio b. s. vel stricti juris accedat. oldendorp.
d. l. schurpf. cons. 50. n. 17. cent. 3.

I V. Jus Civile, quod nec in totum à Jure naturali recedit, nec per omnia ei servit, sed ei vel quid adjicit, vel detrahit, l. 6. ff. de f. & f. Transactioni in specie sic dictæ certam formam & requi-sita addidit, quæ partim ex ipsa definitione in cap. precedenti tb. 5. à nobis proposita, partim ex legibus civilibus populi Romani pe-tenda, & hoc referenda essent, nisi brevitati studeremus, nec non tam de Transactione, quām de processu exceptionis ex ea descen-dente agere constituissimus.

V. Utrum & aliis gentibus, præter Romanos dictum Trans-actionis remedium usitatum fuerit, hoc loco, quo versamur in Ju-re, quo Germani utuntur, latius disquirere supersedeo. In prom-ptu sunt Principis illius Oratorum Græcorum Demosthenis in Ex-cept. contra Pantænetum de Transactione verba: Auditis Athenien-ses, quām apertè lex dicat, quibus quis de rebus alium absolverit, cumq; eo transegerit, de eo ultra actionem non dari; & idem, ora-tione pro Phorm. Audite, quāso Athenienses dicentem legem, quæ sint, de quibus judicium reddi non oporteat, inter ea verò es-se, quæ remissa, quæq; transacta sunt. Grot. flor. spars. tit. de Pact.

VI. Romanis, (ex quorum amplissimo patrimonio Juris Ci-vilis, jure quasi hereditario ad nos devoluta est omnis ratio transi-gendi) verecunda semper fuit cogitatio, lites execrare, l. 4. §. 1. ff. de alien. jud. mut. Saluberrimum autem est contra lites earumq; va-riias ac multiplices molestias, remedium, Transactio, seu amicabilis compositio, carpz. def. Eccles. lib. 2. tit. 14. defin. 233. quæ non tantum omne litigium præcedere debet, verum etiam à Judice in-ter partes tentanda, antequam deveniatur ad processum. l. 13. §. 4. ff. de usufr. c. ult. X. de transact. Wesemb. l. 1. cons. 21. n. 1. Nostris moribus, ubi lites immortales & vitæ hominum modum sæpè excedentes, verè dixerimus; hoc remedium non potest non esse, utilissimum.

VII. Species Transactionum optimè considerantur dupli-
modo: Primo ratione personarum, quibus transigendi libera po-tetas relista; quæ rursum pro diverso vitæ genere intuentur.

(1) ut
galler

(1) **S**unt Pagani, vel Militares. Transigere, cùm sit de genere permisorum, omnes Pagani possunt, qui neque naturā, neque lege repelluntur. De Militaribus idem nobis est judicium. (2) Pro diverso sexu; Mulieribus & quæ ac masculis transfigendi remedium datum est; De Jure Saxonico, ubi mulieres contra dispositionem Juris Civilis curæ & potestati mariti tanquam legitimi Curatoris subjiciuntur, *Landrecht lib. 1. art. 31.* dicendum, eas non indistincte posse transfigere sine consensu mariti, qui fructum in ipsius bonis dotalibus habet & dominium civile, *l. 20. c. de Jur. dot.* est enim Transactio species alienationis, quâ res in alium transfertur. *l. 33. c. b. 2.* (3) Ratione conditionis, Transactio intercedit aut inter personas publicas, aut privatas. Illa est, quæ sit à Principibus, aut Duce belli per pacem Reip. causâ, cuiusmodi est Transactio Passavensis (quam non vi D. Imperatori Carolo V. à Protestantibus, summis Germania necessitatibus, maturo ac deliberato consilio, animo planè paterno ac singulari in communem nostram Patriam scienter & liberenter anno 1552. constitutam esse, ex verbis dictæ Transactionis apparet) Pragensis anno 1635. Monasteriensis & Osnabrugensis anno 1648. facta. Hæc, quæ sit à privatis, est de re cujusque privata. (4) Ratione ætatis transigentes sunt vel maiores vel minores. Secundò ratione causalrum, Transactio sit vel (1) de rebus civilibus, vel Ecclesiasticis. (2) Super Contractibus, aut super Delictis. (3) Judice authore, aut sine eo. (4) De rebus omnibus, vel certis aliquibus. Sufficit hîc, levi quasi brachio species Transactionum, quæ alibi fusiū à J. Cris explicantur, attigisse, cùm scopus noster magis respiciat effectum Transactionis, & ex eo constitutum forensem exceptionis processum, quâm ipsum transfigendi modum.

VIII. Effectus Transactionis dictæ est, ut rebus dubiis & litoribus incertis, finem imponat, adeò quidem, ut causas vel lites transactionibus legitimis semel finitas Imperiali amplius rescripto resuscitari non oporteat, *l. 16. c. b. t.* nec prætextu instrumentorum postea repertorum, *l. 19. c. eod. l. 4. c. de JUDIC.* *Roland. à Vall. vol. 3. Conf. 28. n. 12.* An verò prædicta Transactio, remedium *l. 2. c. de rescind. vend. admittat*, Doctoribus perpetua quasi lis esse videtur, ita ut vix, quæ sit communior eorum de hac re sententia, intelligi

telligi possit. Affirmativam egregie & autoritate multorum classissimorum Ictorum tueruntur Dn. Koppen. Decis. quæst. 58. cotbm. vol. 2. Resp. 53. n. 22. 23. Carpz. Jurisprud for. p. 2. c. 34. d. 1. v. 45. quius p. 2. c. 68. n. 3. Illustr. quæst. Negativa probatur Matth. de Affid. Decis. 220. n. 2. Thom. Grammat. Decis. 66. n. 20. Roland. à Valle d. l. n. 24. Mer. p. 4. Decis. 30. Menoch. de contract. pag. 487. n. 21. Ultratumque partium opinionem distingvendo inter læsionem circa valorem rei super qua transactum, & læsionem qua sit incuitu dubia litis, vel causa eventus, super qua transactio facta, ita ut primo, non secundo casu dicta lex locum habeat, acutè conciliare voluit Pinellas ad l. 2. c. de R. V. p. 1. c. 4. n. 12. Goden. Conf. 90. lib. 1. n. 4. Sed negativam veriorem adhuc putamus.

I X. Finem litibus Transactione imponit vel ipso jure, vel ope exceptionis. Ant. Perez. in c. b. t. Ipso jure, interpolata acceptilatione, vel Aquilianâ stipulatione, quæ fit animo novandi. Acceptilatio enim obligationem tollit, obligatione vero semel extinctâ, lis quoque moriatur necesse est. l. 4. 15. 32. 40. c. b. t. Exceptionis ope, si Transactione pacto convento fuerit facta & perfecta. Pacta siquidem non producunt naturalem & civilem obligationem, vel etiam civilem tantum, sed naturalem duntaxat. l. 5. §. 2. ff. de solut. Ideoq; pactum istud & naturalis ex eo descendens obligatio, obligationem naturalem & civilem, vel civilem tantum tollere nequit, & per consequens nec actionem quæ ex Jure naturali & civili, aut etiam civili tantum oritur.

X. Nullum Doctoribus relinquitur dubium, quin Transactione Exceptionem operetur, & quidem in omni causa, ex qua agitur; sic ut ad petitionem generalem Transactione generaliter quoque facta intelligatur. summi AZON. lib. 2. c. b. t. & complectatur eas etiam species, de quibus cogitatum forte non fuit à transligentibus, si ex verbis & mente eorum appareret, illos, si de iis mentio facta fuisset, voluisse transligere. Ant. Gabriel. concl. 3. n. 13. 22. Gylmann. Sympb. supp. tom. 4. p. 1. rot. 17. n. 65. Coler. Conf. 57. n. 9. Major autem ipsis est quæstio, an etiam Transactione actionem pariat? id quod negandum plurimi existimant, si Transactionis natura & intentio simpliciter consideretur, secus si etiam perpendiculariter, quod ex accidenti Transactionibus interponi nonnunquam soleat;

B

Tunc

Tunc enim interdum actori dari actionem ex stipulatu, modò stipulatio conventioni subdita fuerit. *l. 6. c. b. t.* interdum actionem præscriptis verbis, ad id quod Transactionis causâ promissum, consequendum *d. l. in fin.* interdum actionem doli, si dolo ad transigendum alteruter sit inductus, *l. 4. 19. c. b. t.* tandem & actori concedi ajunt conditionem causâ datâ, causâ non securâ, *l. 4. ff. de condic. caus. dat.* quâ conditione stipatus reponatur in statum, in quo fuit, antequam Transactione intercederet, per acceptilationem, *d. l. 4.* Legibus tamen magis consentaneum nobis esse videtur, statuere, Transactionem etiam simplici conventione absque stipulatione initam obligationem & actionem producere, cum enim omnis conventionis causam habens quæq; serio ac deliberato animo inita est, producat actionem, cur non Transactione, quæ idè initur, ut à lite recedatur, *l. 65. §. 1. ff. de condic. indeb.* & hanc sententiam manifestè confirmat *l. 6. c. b. t.* Quomodo verò sapientia dicta Transactionis exceptio in foro secundum præscriptum in Jure modum & de consuetudine ventilari soleat, in sequentibus Capitibus notum fieri.

CAP. III.

De Personis, coram quibus, adversus quas, & à quibus Transactionis exceptio opponi potest.

THESS. I.

Omnes ad forum accessuri ante omnia summoperè solliciti esse debent de Jurisdictione ejus Judicis, coram quo causam in Judicio proponere gestiunt, non ignorantes, sese operam acturos inanem, si incompetenti Judici litem dirimendam subjiciant. *l. 20. ff. de Jurisd. l. 8. ff. de Offic. Praesid. l. 1. ff. de off. Procons. l. ult. ff. de off. Prefect. urb.* Est enim reo, cuius forum actor sequitur, *l. 2. c. de Jurisd. omn. Judic. c. ult. c. 8. extr. de Foro compet. parata* exceptio fori declinatoria, quâ actionem ab auctore in judicium deductam elidit.

II. *Judex competens propriè dicitur respectu rei, qui coram illo*

illo ad actoris instantiam comparere , causam audire & sese defen-
dere tenetur. Reum autem multis modis forum sortiri Dd. Juris
Civilis & Canonici communiter statuunt: (1) Ratione domicilii,
(2) Contractus, (3) Delicti, (4) Rei sitæ, (5) Causarum continen-
tia, (6) Consensus, (7) Assumptionis in aliquod Collegium,
(8) Privilegi. zanger. de Except. part. 2. c. 1. Habs. ad Wensembo.
lib. 5. tit. 1. Vallens. parat. Decret. lib. 2. tit. 2.

III. Ratione domicilii reus forum consequitur dupliciter,
vel in eo loco , ex quo originem suam trahit: Num perinde
sit , habitent ibi Parentes , sive fiat fortuitò transiente puta-
matre , ut Boer. Decis. 13. n. 53. sentit , non facile probabimus.
Hoc domicilium ratione sua originis immutabilem habet causam ;
Gail. lib. 2. Obs. 36. Rote Gen. de mercat. Decis. 29. n. 1. vel in eo lo-
co , ubi larem rerum fortunarumq; suarum summam constituit ,
sein eigen Feuer und Rauch hat. l. 7. c. de Incol. lib. 10. l. 2. c. ubi se-
nat. vel clariss. eo animo , ut ibi perpetuò consistat , si ipsum nihil
avocet. schulz. part. 1. Proces. Judic. c. 3. n. 7. vel etiam ubi majo-
rem partem bonorum suorum possidet. l. 2. c. ubi senat. vel clar.
idq; est, aut commune, aut privatum. vinn. part. Jur. lib. 3. c. 8.
Commune est Roma, l. in orbe. ff. de stat. bomin. l. Roma. ff. ad Mu-
nicip. cic. 2. Orat. contra Rullum. quam hodie intelligere debemus
ubicunque Imperator degit , qui quoniam Cameræ in causis civili-
bus (criminales enim, quibus & matrimoniales comparantur , san-
gvinis poenam ingerentes ibidem non recipiuntur ordinat. Camer.
part. 2. tit. 28. §. Item nachdem auch Receß. de anno 1520. §. Item
alsb istet etliche Zeit. Gail. lib. 1. Observ. 1. n. 27. Mynsing cent. 2. Obs.
98. n. 8.) jurisdictione vicaria uti permisit Reinkingk Reg. Sec. &
Eccles. t. 1. cl. 2. cap. 2. n. 209. forum competens est omnibus Im-
perii subditis, ut ibi actione interpellari regulariter possint, præter
quod de fori incompetentia excipere valeant. Carpz. in L. Regiam.
c. 9. sect. 9. n. 1. Privatum est in quo quis habitat, animo, ut supra
diximus, perpetuo ibi subsistendi.

IV. Ratione contractus reus sequitur forum illius Magistra-
tus, in cuius territorio contraxit l. 19. §. 1. l. 45. pr. ff. de judic. l. 13.
ff. de reb. auth. jud. posid. ratio est præsumpta contrahentium
voluntas, qui inter se convenisse creduntur , ut orta inter eos de
contractu controversia, hæc in foro contractus cognosci & dijudi-
cari

cari debeat: In quibus casibus verò contrarium observetur, vide-
ri potest apud Rittersbus. *Super Nov. p. 9. c. 10. n. 46. cum seqq.*

V. Ratione delicti convenitur (1) ubi reperitur licet ibi nec
domicilium habeat nec deliquerit *l. 1. c. ubi de crim. ag. op. l. 1. c.*
ubi quis decur. vel cort. Quod obtinet ubi apprehensus est. Alias
de jure Saxonico in latentem, aut fugitivum judicium das *Better-*
Geschrey constitutur eo locorum, ubi delictum perpetratum. *obil.*
Königl. in pract. cap. von der Achte. (2) in loco, in quo delictum
commisum *l. 7. §. pen. l. fin. de Accusat. d. l. 2. c. ubi de crim. ag.*
oport. Auth. quia in provincia. c. ead. licet domicili & bonorum
respectu isti judici non subsit *c. 20. extr. de for. comple.* *Matth.*
Stephan. de jurisd. l. 1. c. 30. n. 26. Est enim consentaneum ibi ex-
stare exemplum poenæ, ubi exemplum culpæ exstitit. *Wezenbech. ff.*
de Accus. n. 7. & ipsum sumere poenam cuius jurisdictione violatur
l. 3. C. 13. in pr. ff. de off. Praesid. l. 28. §. 15. ff. de Poen.

VI. Ratione rei judex alicui existit, cuius alias non esset: ubi
enim res est sita ibi quoque vindicatur sive illa sit mobilis sive im-
mobilis. *l. 28. ff. de jud. Nov. 69. c. 1. C. 2. c. 3. c. ult. extr. de for. com-*
pet. dummodo in loco, in quo sita sit permansura, nec custodiæ
tantum causa ibi constituta *vallen. parat. jur. Can. lib. 2. tit. 2. n. 4.*

VII. Ratione causarum continentia quis forum sortitur *tr.*
ff. de qvib. reb. ad eund. jud. eat. cum causæ ita ratione & specie
conveniunt, ut commode separari & una absque altera planè & li-
quidè cognosci nequeat. *arg. l. 10. c. de judic. Frantz k. ad ff. lib. 5.*
tit. 1. n. 15. Multum enim interest Reipublicæ & litigantibus, ut
causæ ita continentæ & connexæ ut commode una actione tracta-
ri possint, apud unum non plures judices proponantur. *l. 13. pr. C.*
de judic.

VIII. Ratione consensus fororum adipiscitur quis, cum judi-
cis incompetentis jurisdictionem in se prorogat *l. 1. ff. de jud.* quod
omnibus si absque præjudicio tertii fiat licitum *arg. l. pen. c. de*
Pact. etiam in statu naturali maximè cum inter eos, qui in natu-
rali libertate vivunt, judex non detur, qui lites exortas pro impe-
rio definiat & componat, quod *Puffendorff lib. 5. c. 13. de jure na-*
rur. C. gent. contra Hobbes de cive c. 1. §. 9. tueretur. Excipitur ta-
men jure Pontificio Clericus, qui privilegio fori sui renuntiare
ne qui-

ne quidem jurato & judicem Laicum pro arbitrio eligere potest.
c. 12. extr. de for. compet.

I X. Ratione assumptionis in Collegium aliquod vel universitatem subjicitur quis judicio Praesidis illius Collegii vel Universitatis. *Auth. Habita c. ne filius pro Patre.* Si nempe haec corpora auctoritate & permisso supremi Magistratus coivere. *l. 3. §. 1. ff. de colleg. illicit. Vallens. d. l. n. 8.*

X. Ratione privilegii forum quis accipit, cum non judicem illum, quem alias de jure communi haberet, sed alium & quiorem agnoscit, quemadmodum hoc datum est Studiosis & Scholaribus, ut non nisi coram Magistratu suo accusari possint, adeo ut secundum Ddru m sententiam causa cadant, qui Scholarem ad alium judicem vocare tentaverint. *Jul. Pat. in auth. habita. c. ne filius pro Patre. cap. 9. n. 17.* Personis Ecclesiasticis, qui non nisi coram iudice Ecclesiastico accusantur *c. cum contingat 13. extr. de for. compet.* Quæ verò sub nomine Ecclesiasticorum comprehendantur, accuratè demonstrat *Magnif. Dr. Joh. slüter. Ser. nostri Princip. Cancellarius, Patronus meus omni laude celebrandus, in Dissert. de Verb. divin. minist. c. 1.* Causis matrimonialibus, quæ in multis Germania Partibus & apud nos in Megapoli, vi ordinat. *Eccles. p. 123. §. Wo nun Irrung, in prima statim instantia à Superintendentibus cognoscendæ & componendæ aut ad Consistorium Ducale Ecclesiasticum remittendæ sunt. Et Statibus Imperii, qui in privilegiatis suis instantiis, quas Austregas des H. Reichs Ausstrāg vocant, saltem interpellari possunt, non tam propter præminentiam dignitatis, quam ne mediate Imperii Subjectis sint detentiores, plurium instantiarum beneficio prorsus destituti. Stephan. de juris dict. l. 2. p. 1. c. 3. n. 3. Obrecht. Diff. 6.*

X I. Non raro accidit, ut Actor coram legitimo quidem Jus dice nullo tamen jure intentionem suam exponat, quo casu reum variis exceptionibus, quarum numerus infinitus, *Coler. ad rubr. de Excepte. n. 10.* jura sublevant. Inter eas vero non ultimum locum occupat Exceptio Transactionis, quæ ut coram eodem judice competente sine omni differentia, sive sit ordinarius sive ab Ordinario delegatus, sive à partibus prorogatus, intentata fuit, objiciatur, ipsa utilitatis & necessitatis ratio syadet, non attento eo, quod in

pluribus locis reusorum habeat: Non enim ita datur electio reo
convento, quando & quo in loco velit conveniri & se defendere,
uti ab initio in arbitrio Actoris est, utrum reum in loco domicilii
aut contractus conveniri velit. arg. l. 2. & authent. c. de dilat. Bit-
tersbus. ad Nov. p. 9. c. 10. n. 42. Coler. Consil. 44. n. 21.

XII. Motu ab Actori lite coram Judice competente, partes
sunt rei, excipiendo actorem à desiderio suo repellere, sive actor
suo sive procuratorio nomine experientur, aut si tanquam tertius pro
suo interesse in Judicio compareat, in tantum, ut etiam reo idem
jus relinquatur, adversus quosvis successores actoris, in quos nem
pe plus juris transferri non potuit, quam ipse principalis habuit.
Sic in l. fin. ff. de transact. Transactio facta inter debitorem & ha
redem præjudicat emptori hereditatis. Cacheran. decis. 45. n. 3. Si
procuratorio nomine agitur dicendum, exceptionem objectam,
tum demum Domino nocere, si Procurator mandato generali vel
speciali à Domino instractus fuerit, quia tunc Dominus egisse fin
gitur. l. 180. ff. de R. f.

XIII. Quilibet etiam tertius, qui prætendit habere interesse,
potest venire ad judicium, in quo causa per alios incepta ventilatur,
& ibi contra prætensum jus actoris excipere, modò in continentali
Judicem de interesse suo docere possit, alias non auditur. Abbas in
cap. vniens exinde testibus. nisi sit simpliciter citatus, tunc enim
audiendus, etiamsi nihil de suo interesse probet, videtur enim ejus
persona per tales citationes habilitata. Hartman. l. 2. tit. 5. obs.
10. n. 2. Nec etiam prohibetur filius patri suo hanc exceptionem
opponere, cum nullo modo famam ejus fugillat arg. l. 5. §. 1. ff. de
obsequiis Parent. & Patron.

XIV. Actor plerumque is dicitur, qui primo in jus vocat
l. in tribus. ff. de judic. Baldus in l. libertus in fin. ff. in jus vocat.
ut eant. & huic Jus Saxonicum à tribus sibi summo studio in libel
lo actionis sua cayendum esse svadet 1. daß die Klage keine Schme
hung oder Schandwort in sich habe, 2. daß er sich darin keiner über
flüchtigen Beweisung anmaße, 3. daß er niemand darin mit Gewalt
und ohn Gericht angreiffe. Landrecht. Artic. 62. lib. 1. gloß. 6. Nam
extra casum, quo actor in libello actionis sese obligat ad probatio
nes abundantes, statim ac si ei à reo opposita est exceptio Trans
actionis

actionis ipso jure obstringitur ad docendum jus suum, usque adeo,
ut non apparente jure actoris reus debeat absolvī, quamvis non
constet de aliquo hujus jure, l. ult. c. de rei vind. l. qvi accusare. c.
de edendo. c. fin. extr. de Jurejur. Marp. vol. 3. Conf. 26. n. 41. Pi-
ebard. tom. 2. Conf. 150. n. 1. imò etiam si reus defectum juris sui
confiteatur. Lancelot. de attent. & innovat. part. 3. cap. 24. n. 39.
Marci decis. Parlament. qv. 1146. n. 6. actor verò in expensas con-
demnari l. 79. ff. de Judic. temerè enim & per calumniam litigasse
præsumitur. Ayrer. Proceß. Jur. part. 1. c. 1. obs. 1. n. 5. Nec libe-
ratur ab onere probandi ex dispensatione Episcopi, ubi in præjudi-
cium alterius privati venit, secūs ubi agit in præjudicium publi-
cum. Felin. in Jus can. c. 4. p. 49. n. 14.

XV. Cognitis Judicibus coram quibus, & actoribus adver-
sus quos Exceptio Transactionis moveri potest, latere tandem
etiam nequit quibusnam eà utendi jus competit; quod Dd. com-
muniter non tantum reo & ejus fidejussoribus, sed etiam singulari-
bus successoribus, & quorum interest, deferunt. Oldendorp. Enchir.
Except. p. 8. Bertazol. l. 2. Conf. 289. n. 4. Cravett. Conf. 148. n. 1.
nec hoc iniustè, est enim hæc exceptio rei cohærens, quâ natura-
, ipso jure obligatio tollitur. Dn. Pomeresch. annot. ad Inst. §. 4. de
Except. in qua reus deterioris conditionis esse non debet quâm a-
ctor, quippe qui in Exceptionibus loco actoris est, quin imò favo-
rabiliores in multis rei sunt partes l. inter partes. ff. de re jud. car-
prou. Proceß. Jur. tit. 13. artic. 2. n. 21. tum in hoc maximè, quod
omnis reus legitimam personam standi in Judicio habeat, etiamsi
minor vel mulier sit, Wesembec. Conf. 43. n. 177. part. 1. vel Diabo-
lus ipse, ut loquitur Christian Römtig in Proceß. cap. von den Beklag-
ten 8. Non tamen datur hæc exceptio cæteris administratoribus,
si cum quibusdam transactum. l. 1. c. b. t. schill. de Except. pag. 432.

XVI. Nec propriètate reis indistinctè pro lobiitu Exceptioni-
bus uti permitendum, sed' nimis onerosis aut scrupulosis suis exce-
ptionibus non esse audiendos à Judice existimandum. arg. l. s. ser-
vos in fin. ff. de pign. act. Cobman. vol. 2. Rep. 58. n. 20. Hippol.
de Marsil. in Practic. Criminal. §. opportune. n. 76.

XVII. Personis principalibus Judicium constituentibus, de
quibus hactenùs egimus, huiusmihi sunt Advocati & Procuratores,
quorum

quorum usus & opera per quam necessaria de negotiis in foro disceptantibus, ut qui rebus suis superesse vel nolunt vel non possunt, vel non satis commodè possunt aut honestè per alios possint vel agere aut excipere vel conveniri, t. t. Inst. de iis, per quos agere pos. l. 1. §. 2. ff. de Procur. In quibusdam Judiciis, privatis causam suam agere non permittitur (exceptis causis iis, quæ expreßè in Jure Procuratorem non admittunt) neque per se neque per Procuratorem nisi selectis quibusdam Procuratoribus forensibus negotium mandent; & hoc obtinere in Curiis Hollandiæ relatum mihi, cùm ibidem degemet, à quodam Judicii Assessore esse memini.

XVIII. Defensorem rei in hoc processu quilibet existere posse tenendum, nec ullum Advocatum aut Procuratorem sic prohiberi, quemadmodum in Jure Lubecensi ad compositiones amicabiles coram Commissariis instituendas non admittantur. *Jus Lubec. tit. 2. art. 2. lib. 5. B. Dn. Mercurius ibid. n. 12. & 13.* nisi sit servus, miles, foemina, l. servus. C. de Judic. l. 54. ff. de Procur. l. 2. ff. de R. 3. l. 8. §. 2. ff. de procur. vel dignitate quis valeat, ita ut ad verlariorum metum incutere possit l. 48. 54. ff. eod. vel anima aut corporis virtus laborei arg. l. 43. pr. ff. de Procur. l. 2. §. 1. ff. cod. vel Reipublicæ causâ absutorus sit l. 54. ff. de Procur. vel si reus criminis constituti l. 6. C. de Procur. Nec quisquam hic propterea arcendus, quod mandato non instructus veniat, publicè enim utile habetur absentes defendi. l. 33. §. publicè ff. de Procur. l. 1. ff. de neg. gest. arg. l. 23. ff. de solut. Wurmser. Observ. 3. lib. 1. tit. 10. vinn. part. Jur. lib. 3. c. 22. exceptiones autem nihil ferme aliud sunt quād defensiones. l. 11. C. de Except. pr. Inst. cod.

XIX. Ex illo quod dictum, Exceptiones esse defensiones. Doctoribus bellum quasi ortum videtur. Disputant enim inter se, an exceptiones Juris Divini, an vero Juris naturæ, an Juris Civilis dici possint? Teste Abbat. in rubr. extr. de Except. n. 1. Et Felino ibid. n. 5. plurimi inclinare videntur in illam sententiam, quod ratione originis dicantur Juris naturalis; nec ab iis dissidemus, cùm defensiones Juris naturæ esse nemo sit, qui ambigat. Clem. Pastoral. de re jud. maxime cùm etiam omnis exceptio æquitate naturali nitatur, l. 12. ff. de Except. dol. Et ibid. gloß. Zang. de Except. part. 3. proem.

procem. n. 4. distingvendum itaq; hic est inter materiam & formam exceptionum, & concludendum exceptiones esse Juris naturae quoad materiam, secus quoad formam; formam enim Jus Civile addidit supra tb. 4. cap. 2. proprius tamen eas ad Jus Civile quam naturale accedere putamus, forma enim plus præstat, quam materia, cum illa constituat substantiam rei. l. 9. §. 3. ff. ad exhibend. Frantz. §. 7. Inst. b. t. Coraf. lib. 2. Miscell. c. 16. n. II.

CAP. IV.

De tempore & modo objiciendæ Exceptionis.

THES. I.

REUS objiciens Exceptionem Transactionis, quā mediante nititur repellere Actorem à limine Judicij, non hoc agit, ut ad tempus Actoris intentionem suspendat, sed ut in perpetuum eam rejiciat, *Coler. Proceß. Except. pag. 2. n. 3.* Hinc eam Exceptionem litis finitæ non immeritò dixerimus. *Sicard. in l. 10. c. de transact. nec dubitamus quin in qualibet parte litis tam ante quam post litum contestatam opponi possit. l. 2. c. sentent. rescind. non pos. l. 8. 9. c. de Except. c. 1. de litis contest. in 6. Hahn. Proceß. Judic. tb. 21. quamvis attestante Colero ad c. cum venerabilis. n. 62. de Except.* Peremptoriarum Exceptiones regulariter demum opponi debeant post litum cum actore contestatam, adeò, ut qui ance eam proponat, præpostè facere dicatur. *arg. l. 9. c. de Except.* fallit tamen hæc regula in tribus Exceptionibus Rei judicata, Juris-jurandi & Transactionis. *idem Coler. d. l. n. 68.* quæ tam ante quam post litum contestationem actori obstant. *Gotofr. ad l. 7. §. 4. ff. ad Exhibend. carpz. jurispr. for. p. 1. c. 3. d. 15.*

I. I. Ante item contestatam opposita Transactionis Exceptiō vim aliquando dilatoria Exceptionis habet, & nominatum fieri debet, ut apparere possit reum tantum velle differre Judicium & Processum, quæ si incontinenti sit liquidabilis, primū Judex cognoscere debet, maximè si reus conventus ad facilem ejus probationem in continentis faciendam sese offerat, quod faciendum illi omnino

C

uno

uno ore censuere Canonistæ in c. i. extr. de litis contest. quibus probatis pronunciari solet reum ad actionem respondere non tenet, daß sich Beklagter auf erhobene Klage einzulassen nicht schuldig. Quod si accidat, ut Judex contra eam pronunciet, hæc Exceptio iterum opponi potest in vim peremptoriz post litem contestatam, si nempe altiorum indaginem requirat. l. 3. §. 13. ff. ad Exhibend. Bartol. in l. cùm quærebatur in fin. ff. judicat. solv. termini Proces. Jur. c. 27. Ferrar. pract. for. fol. 122. col. 2. sic b. in l. un. c. de litis contest. n. 11.

III. Quando verò ad merita cause opponitur, non facit interdum injuriam Judex, qui non obstante tali exceptione juber procedere ad ulteriora, dummodo subjiciat, ne quid præjudicij exceptioni ejusmodi per hanc cognitionis dilationem fiat. Faber in cod. tit. 23. d. 5. de Except. Gylman. rer. in Camer. Imper. Jud. lib. 2. p. 478. n. 73. Cæterum cognitionis ejus post litis contestationem reservatur. Eocer. disp. 12. tb. 81. Clœf. 6. & quidem usitata formulæ, daß Beklagter seines Vorwendens umgeachtet auf die wider ihn erhobene Klage zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig. Es wäre ihm wegen seine jeno eingewandte Schutzwehr so viel dieselbe erheblich nach der Krieges Befestigung zerstörlich zu gebrauchen / vorbehalten von Rechtswegen. Hahn. d. 1. Huc referenda generalis illa regula, quæ de Exceptionibus peremptoriis è Dd. scriptis eruitur. Quod, quotiescumque opponitur Exceptio concludens Actorem nullum omnino jus in re petita habere, impediatur litis contestatio, modò & de Exceptione ista statim per instrumenta, acta publica, vel per confessionem intra tempus Judici arbitriatum liquere possit. Feliu. in C. Exceptionem. n. 34. & seqq. extr. de Except. Menoch. de arbitri. jud. qu. lib. 2. cent. 1. cas. 20. Est enim tunc præjudicialis & quidem dupli nomine. Primo respectu processus, quia impedit litis ingressum & remoratur processum super principali. Bart. ad l. cùm quærebatur. ff. judicat. solv. sine actione namq; nemo experitur. l. si papilli. §. videamus. ff. de negot. gest. Secundo est præjudicialis respectu intentionis, ea enim probata à Reo Actoris intentionem perimit ipsumq; ab agendo excludit. Exceptiones autem præjudiciales ante omnia sunt discutienda. l. i. c. ordin. cognit. Merv. p. 11. Decis. 243. Obrecht. de Lit. Contest. cap. 9. n. 6. & seqq.

IV.

IV. Olim omnes Exceptiones etiam peremtoriae tantum ante litis contestationem vel in ipsa saltem contestatione opponendae & contestandae erant. L. 13. C. de Procur. l. 52. pr. ff. de Judic. carpz. d. l. def. 13. Zanger. de Proces. Except. p. 3. c. 19. n. 2. & hoc Ius etiamnum hodie probari videtur in Judicio Cancellariae Gustroviens. p. 2. tit. 17. eandem etiam sententiam R. I. de anno 1570. §. Demnach sollen die gewöhnlichen termin. Reoef. de anno 1594. §. Sezen demnach ordnen und wollen, confirmant. Judicium vero Provinciale Mecklenburg. distinctioni in th. 2. & 3. à nobis propria subscribit. Hoffger. Ordnung p. 2. tit. 21. à quo non dissentit ordinat. Camer. Imp. p. 3. c. 13. & in terris Electoratus Saxonici ordin. nov. Judic. tit. ii. §. Es weren denn dergleichen Exceptiones.

V. Cum dictum Exceptiones peremtorias etiam ante litis contestationem proponi posse, dubium moveatur: Numne Exceptione Transactionis reus uti possit, antequam Actor ad Judicium provocavit? In hac questione affirmativam sententiam non inquam esse arbitramur, modò lis certò futura timeatur, quod interdum ex malis illius hominis cum quo Transactione intercessit moribus, si nempe in similibus casibus sìdem fallere sit solitus, colligitur, & tunc Reo ex illa Exceptione acquiritur facultas agendi & pentendi adversario silentium imponi, etiam si nulla lis aut controversia ab eo moveatur. Simile etiam Heigius p. 2. qv. 8. n. 3. receptum contra Actionem ex L. Diffamari descendenter, esse recenset...

VI. Modum proponendæ ejus Exceptionis usus fori duplum habet, unum ore, alterum scripto factum. Ore proponenda sèpe dicta Transactionis Exceptio, coram præsente ultraquæ tam Actoris quam Excipientis persona, aut qui vice harum funguntur, verbis claris ac intelligentibus. R. I. de anno 1507. tit. von dem termin erster Instantz, §. und daß der Kläger, prout necessitatis ratio id commodum fore dictaverit. Probè tamen in hoc uti in aliis, quorum nomine Judicis auxilium imploratur, fori & loci cuiusque usus attendendus.

VII. Modus scriptis agitandi forenses controversias de Jure antiquo Romano non requirebatur, sed satis erat vel verbo dicere aut edere actionem l. 1. pr. & §. i. ff. de Edend. de Jure Codicis & Cano-

Canonico necessarium est, ut in scriptis libellus offeratur. *Auhent.*
Offeratur. *c. de litis contest. c. i. extr. de Libell. obl.* Moribus etiam
Germaniae pro utiliori haberi communis ejus usus & *R. I. de Anno*
1507. tit. Procuratores solle in Schriften handeln, demon-
strat. Scriptis tamen experiri causam suam non Juris novi inven-
tum est, sed de priscis jam Seculis Egyptiis usitatum fuisse testatur
Diod. sicut. lib. 2. Biblioth.

VIII. Quamvis Exceptiones scriptis in Judicio aperire non
adèd necesse arbitretur *Bart. in l. 1. ff. de Except.* Judicem tamen
dicit *ibid. Bart.* debere procurare eas in scripta redigi, & hoc con-
firmat, quia olim non erat necessaria scriptura etiam in libello per
d. l. 1. Multi nihilominus casus de quibus etiam de Jure nostro Ex-
ceptiones scriptis proponendæ enumerantur *in spec. Durant. lib.*
de Instr. edit. 8. restat videre, in 4. column. Tamen quin partes
consuetudini Judiciorum in hoc se subjecere debeant, non erit du-
biū, ita ut si esset consuetudo, quod Exceptio, die Exception-
Schrift (quæ reilibellus dicitur *Pacian. de Probat. l. 1. c. 22. n. 42.*
quo etiam vocabulo generali h̄c uti licet cūm speciali destitu-
mū) non in scriptis detur, servanda tamen esset *Abbas. c. 1. de Li-*
bell. oblat. per l. fin. pr. c. de privil. schol. lib. 12. Quod si usus au-
tem Judicij haberet ut in causis quibusvis parti adversæ exemplum
eius quod ab adversa parte propositum est exhibetur, quod fieri
omnino oportet, ut utrique parti de jure alterutrius melius consta-
re possit, necessaria erit scriptura *Ferrariens. pract for. fol. 124. n. 7.*
nisi excipiens querela nullitatis ab Actore interposita processum
diutius protrahi cupiat. *Cosm. vol. 1. Res p. 17. n. 39.*

I X. In scriptis objecta Exceptio dictæ Transactionis non an-
tē perfecta est, quām si scriptura seu libellus continens narrationem
de facta Transactione offeratur. Duo autem sunt quæ in hujus-
modi libello rectè se habere debent à quorum justitia suspensa est
totum negotium Exceptionis. Primò sunt ejus petendæ Materia-
lia, quæ consistunt in commemoratione timoris futurae litis ob-
quam Transactio facta dicitur; quæ fit cūm reus non inficiatur
fuisse quidem inter eum & Actorem de re petitâ (hoc enim præ-
supponimus, ut eadem res petatur, ex eadem causa, & res agatur
inter eos inter quos transactum est *Zanger. de Except. p. 3. c. 16. n. 8.*)
aliquam

aliquam controversiam , sed eam dubiam & incertam & idè se
convenisse ne imposterum alterutri de illa re judicium dictetur .
Res exemplo fiet clarius : Fingamus quempiam se ab aliquo atro-
ci injurià affectum existimare ob verba , quæ alter in ejus contu-
meliam profudisse videri possit , oriri etiam inter eos hac de re di-
sputationem , in qua alter se injurià affectum conqueritur , alter ve-
rò animum injuriandi se non habuisse propugnat . Hic cùm pro-
cessus inter eos existere posset , tandem ita paciscuntur ut injurià
affectus , acceptis ab injuriante verbis amicabilibus vel literis qui-
bus se animo injuriandi destitutum suisse fatetur , litem se nunquam
moturum promittat : postea verò injuriatus exulcerato suo in in-
juriantem animo , pœnitentiâ ducus Judicem adit remq ; Transa-
ctione sopitam , oblato Judici libello denuò exuscitare conatur .
Hoc casu Reus alio libello causam Exceptionis suæ quæ est Trans-
actio cum omnibus circumstantiis dicto hactenus modo exponere
debet .

X. Deinde & formalia Exceptionis rectè se habere debent ;
Ea variis absolvuntur requisitis , quæ omnia solemni ac conformi
curia styllo proponenda tum in legitimatione personæ excipientis .
Si fortè Reus per Procuratorem agit , producto scilicet mandato aut
cautione de rato , tum in mentione temporis quando Transactione
facta ; tum etiam in petitione optimè formanda . Quando verò
locum habet summarius in hac Exceptione processus , haud inutile
videtur hoc monere ad obtainendum breviores causæ agitandæ
terminum , ut attestations testimoniū si quas habet reus , vel etiam scri-
priprā privatā vel epistolā per quam consensus Actoris de Transa-
ctione probari potest . Nicol . de Paffer . lib . 2 . tit . 28 . de privat .
script . Exceptioni includantur & adjungantur ; nonnunquam
etiam se id jurare paratum ostendit , non enim minus reus Excep-
tiones suas probare tenetur ac Actor actionem . Gail . lib . 2 . obs . 81 .
n . 8 . Alexand . Conf . 68 . n . 5 . vol . 3 . Mascard . de probat . vol . 1 .
concl . 343 . n . 3 . Coler . de Proceß . Execut . p . 4 . c . 2 . n . 26 . Nec ta-
men minus prohibetur reus eā uti , quod Actor de parte tantum
experiatur cùm de toto sit transactum , nam pars toto comprehen-
ditur . l . 7 . ff . de Except . rei jud . Quibus omnibus nonnunquam
litis contestatio in omnem eventum , si Judex justa causā , hujus Ex-
ceptionis

ceptionis cognitionem ad sententiam definitivam, quod fieri posse
tb. 3. diximus, reservavit, annexi soler. Sed hæc obiter tantum,
cùm nostrum non sit instituti de processu summario verba facere.

XI. Sed cùm Litis contestatio basis & fundamentum cuiusvis
Judicij sit *I. un. c. de litis contest.* *Gail. I. i. obs. 751. Mynsing. obs.*
74. cent. 3. ante omnia nobis despiciendum erit, an litis contestatio
ad hunc processum sit necessaria. Doctoribus gravis est contro-
versia, Utrum Exceptione peremptoria opposita à reo, per hanc
inducatur litis contestatio? Quam controversiam distinctio suprà
in *tb. 2.* à nobis adhibita facilis negotio perimet, ita ut dicendum
per Exceptionem Transactionis in continentis probabilem nullam
contestari licet cùm ea litis inhibenda gratia proponatur. *Bas-*
chov. vol. 2. d. 26. tb. 8. lit. c. & D. Ubi vero in continenti pro-
bari nequit quod plerumque sit, *Treutl. d. 27. tb. 8.* caute agunt.
Adyocati, si in eventum, una cum Exceptione item contestentur;
& hoc probari videtur *ordin. cancell. Gustrov. p. 2. tit. 22.*

XII. Quoniam vero non satis est ad Judicium finiendum,
reum allegasse Exceptionem suam, ejusq; causas & formalia ritè
proposuisse, sed omnino desideratur ut Judge etiam ejus petitioni
locum relinquat; Cùm vero id non nisi cognitis causa meritis fie-
ri possit, sequentibus explicare lubet ea, quæ objectam in Judicio
Transactionis Exceptionem conseqvuntur.

CAP. V.

Consequentia & ratio persequendæ Exceptionis.

THES. I.

Exploratum haec tenus nobis est Reum excipiendo fieri Actorum,
quoad onus probandi. *Peckius de Reg. Jur. reg. 20.* Tamen ut
probatio Exceptionis reo imponi possit, videndum quidnam reus
suâ Exceptione egerit, an simpliciter negaverit, an confessus quo-
dammodo sit intentionem Actoris, illo casu Actor non probante,
reus, ut suprà diximus *c. 3. tb. 13.* absolvendus. Hoc ubi reus A-
ctori hunc in modum respondet, verum est vel confiteor quod de
hac

hac vel illa re olim inter nos quæstio mota fuerit , sed dico vel op-
pono , quod illa Transactione inter nos facta extincta iterum sit &
quamvis hoc casu Dd. dubitent an dici possit negare intentionem
Actoris , verius tamen est quod sic , quia reus Exceptionis suæ con-
testatione se non debere vel rem aut jus non esse Actoris , principa-
liter intendit , nihilominus ad negationis suæ probationem tene-
tur . arg . l . 8 . ff . de Probat . Coler . Conf . 44 . n . 83 . Si condemnatio-
nem evadere voluerit cap . Propterea quarto . extr . de transact .
Pacian . de Probat . lib . 1 . c . 24 . nisi adverba pars acquiescat . Meru . p .
4 . Decis . 240 . Talis enim Exceptio fundamentum intentionis ia-
psius existit l . 1 . 2 . ff . de Except . l . 14 . ff . de Probat . regulariter au-
tem quilibet tenetur ad probandum illud quod est fundamentum
intentionis suæ . l . 2 . 23 . ff . de Probat . l . 17 . c . eod . Ayrer . Proceß . Ju-
dic . p . 1 . c . 6 . Obf . 1 . n . 1 . Cacheran . Decis . 171 . n . 8 .

II . Sed cùm probatio à reo hic fieri debet , dubitatur quod-
nam justum tempus probandi huic Exceptioni definiendum ? Com-
munis Dd. conclusio in simili quæstione est , illud hinc consideran-
dum esse tempus , intrà quo'd expediretur causa principalis , si non
fuisse opposita exceptio illa Coler . de Proceß . Execut . p . 4 . cap . 2 .
n . 15 . sed tutius nostro arbitrio Judici committitur , ut ipse secun-
dum quantitatem & qualitatem causæ magnam vel parvam dilatio-
nem ad probandam hanc Exceptionem indulget , & hanc senten-
tiam sequitur Menoch . lib . 2 . de arb . jud . qv . cas . 19 . n . 2 . Meru . d . l .

III . Probatio à parte Excipientis fit (1) vel instrumentis ex
quibus Transactionem intervenisse probari potest , eaq ; in conti-
nenti verificanda instrumentalis probatione . Coler . de Proceß . Exe-
cut . p . 4 . c . 1 . n . 24 . Licet nulla de non amplius lite movenda in
illis mentio facta , tamen & hoc illis probatur , quia instrumenta
clarè & expressè probant , non solum id quod directo in illis conti-
netur , sed etiam id quod indirectè arg . c . cùm olim . in fin . extr . de
Censib . ibid . Abbas . n . 10 . col . 1 . quicquid enim necessariò est ex
mente inclusa in verbis , dicitur esse ex verbis Pacian . de Probat . lib .
7 . c . 26 . n . 71 . Vel privatà actoris quavis aliâ scripturâ , ex qua tam-
en semiplenam probationem oriri vix dicendum . Bertazol . Conf .
Crim . 291 . n . 16 . nisi aliis adminiculis corroborata sit , ut si scribens
vir bona opinionis sit ac famæ & solitus semper veritatem scribere ,

ye .

vel quando scriptura confirmata juramento , aut ipse , contra quem
scriptura privata producitur , diffiteri minimè vereatur , eam suā
manu consecitam . *l. Publica. §. fin. ff. de Posit. Authent. Contra qui*
propriam. c. de non numer. pecun. Nicol. de Passer. de privat. script.
pag. 32. 33. n. 79. 83. 84.

IV. Vires (2) accipit probatio ex depositione testium de quo-
rum numero indubitatum verè est , ad minimum per duos testes
plenè probari quotiescumque lex numerum testium absque præfini-
tione requirit *l. ubi numer. ff. de testib. c. licet universis. c. in omni*
negotio. extr. de testib. Deuter. 17. v. 6. & cap. 19. v. 15. Matth. 18.
v. 16. Franc. Raguell. de Leg. Polit. ex sacr. excerpt. tit. 18. Fari-
nac. de testib. q. 63. lib. 2. tit. 6. n. 232. Menoch. de arbitr. judic.
qu. lib. 2. cas. 99. n. 19. Dec. lib. 2. Conf. 92. n. 2. Pantzobmann.
Qvest. Pract. lib. 2. qu. 9. n. 1. nec refert cujusque sint sexus, quia
& foeminae ad testimonium admittuntur & plenè probant. *l. 20. §. 5.*
ff. qui testam fac. pos. Faber in C. lib. 4. tit. 15. d. 58. n. 2. Fari-
nac. d. l. q. 59. n. 32. & seqq. ubi etiam testimonium foeminarum
pro reo deponentium majoris fidei quam masculorum contraria
pro actore testantium esse contendit *n. 53. Jus etiam Saxonum*,
indistinctè secus ac Jus commune mediatores & proxenetas in
Transactionibus coram se factis ad testandum admittit. *Zabell.*
Fachſ. & Reinhard. differ. Jur. Civil. & Canon. differ. 82. & com-
muniter *Dd. ad artic. 13. lib. 1. & art. 11. lib. 2. Jur. saxon.*

V. Non tamen testes producti tumultuarie examinandi sunt,
sed hæc Exceptio super qua probatio est suscepta certis includenda
articulis , *coher. Conf. 44. n. 80. 81. 85. iijq; unà cum nominibus te-*
stium Judici offerendi, id, quod vulgo dicitur setne Beweis. Articul
samt der Zeugen Namen einbringen. carpz. Proceſſ. tit. 13. n. 1. 2. 3.
specul. Durant. lib. 1. p. 4. de testib. §. Nunc videndum. n. 1. Ros-
bach. Proceſſ. Civil. tit. 54. n. 12. Sunt autem ejusmodi articuli
ex visceribus libelli Exceptionis ita formandi Gail. lib. 1. obſ. 81. ut
non sint obscuri vel ambiguè positi, sed clari & aperti, ac pertinentes
h. e. tales ex quibus effectus sequi possit. *cravett. lib. 1. Conf. 5.*
n. 18. Nam impertinentes vel irrelevantes Judex ne quidem cum
clausula , salvo Jure impertinentium & non admittendorum , ad-
mittere potest, nisi litem suam facere velit. *Gylman. Symphor. sup-*
plic.

plic. tom. 4. p. 1. vol. 38. n. 1. Gail d. l. Menoch. Conf. 630. n. 2. Grammat. Decis. Neap. 45. n. 4. & seqq. omnis etiam quæstio de criminе, quæ turpitudinem respondentis continet, hinc exulare debet ordin. Cancell. Gustrov. p. 2. tit. 24. nemo enim de sua turpitudine docere tenetur, illamq; detegere. l. alias. ff. de jurejur. Ant. Capycii Decis. Neap. 127. n. 8.

VI. Sed parvi momenti res esset articulos probatoriales exhibere, si non etiam testes de iis testimonium dicherent, hinc observamus adverbae parti concedi potestatem ex datis articulis interrogatoria formandi, secundum quæ à Judice, vel immediate, quippe cui soli facultas examinandi testes concessa, carpz. Proceß. d. l. n. 34. Jacob. Novello de defens. omn. reor. pag. 472. n. 19. vel ius suu ejus per Commissarios testimoniū attestata consignanda & in rotulum testimoniū redigenda. Güstr. Eangl. Ordin. d. l. Mecklenburg. Hoffger. Ordin. tit. 23.

VII. Cum verò testes examinari nequeant, nisi sint præsentes, ante omnia opus erit citatione Judicis, aut Commissariorum, &, si forte testes ex alieno territorio citandi sint, Judge eorum præsentiam per literas compulsoriales à Magistratu illius territorii obtinebit, alias testes absque sublido ordinarii Magistratus ex alieno territorio citati non tenentur comparere. l. ult. ff. de jurisd.

VIII. In examine testimoniū illud porrò attendendum, ut eorum depositioni non detur fides, nisi sit jurata, l. *Jusjurandum. in pr. l. testim. c. de testib. Pistor. p. 1. qv. 43. n. 1. Felin. in c. ratis questionibus. extr. de testibus. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1309. quorum Legetorem remittimus.* Testis autem Jurisjurandi religione ad veritatem dicendam in præsentia partium adstringitur, que tamen præstito jura mento discedunt, interim Commissarii testimoniū examen juxta tenorem commissionis aggrediuntur. Quām accuratè verò in depositione testimoniū Commissariis sit procedendum, ut etiam vultum eorum & frontem intueri debeant, Rutger. Ruland de Commissar. p. 2. lib. 2. cap. 24. notat sèpè commemorata ordin. Cancell. Gustrov. d. l. ubi etiam de Exceptionibus contra personas testimoniū proponendis quædam annescuntur.

IX. Examine ritè & legaliter peracto, dicta & pronunciata testimoniū intra terminum præfixum (qui tamen, uti à Judice determinatur, ita interdum etiam prorogatur & extenditur ad tertiam, Güstrow.

D

Eangl.

*Cannl. Ordin. d. I. vel ad quartam ex urgentibus causis cum solennitate
legali & iuramento præstito, dilationem, Wames. Resp. de Jur. Pontif.
Cons. 113. tom. 1. Mecklenb. Hoffger. Ordin. p. 2. tit. 25.) in Judicio ex-
hibita obsignata observat Judex, usque dum partes eorum publicatio-
nem poscant. In publicatione ad citationem Judicis, pars adversa, in
cujus præjudicium testes examinati sunt, comparere debet, copiam ro-
tuli examinis accipere & de quibuscumque legum beneficiis protestari.
Du. Friedlieb. Proœß. Judic. pag. 31. §. 28. quæ protestatio operatur,
ut etiam contra personas & dicta testium publicatis jam attestacionibus
opponi possit, & dici attestaciones non esse ritè receptas, etiam si de
consensu partium sit facta publicatio, nisi Judex pronunciaverit de
consensu partium illis attestacionibus tribuendam esse fidem. *Hart-
mann. Obs. 13. n. 12. 13.**

X. Publicationem excipit disceptatio partium, in quâ, uti reus
actoris intentionem ejusq; actionem per suam Exceptionem excludere
conatus est, ita eum actor suâ Replicâ oppugnat. *I. 2. §. 1. I. 22. §. 1. ff.*
de Except. debet autem illa esse pertinens & ad substantiam Exceptionis
faciens. *specul. Durant. lib. 2. p. 1. §. nunc dicendum rest. n. 4.* Ita
reum sese Transactione tuentem actor repellit, dicens alium, non se
transegisse. *I. 3. pr. ff. de transact.* se dolo malo ad Transactionem in-
ductum esse *I. 1. §. fin. ff. ad sc. tertull. I. 30. c. de transact.* vel ex fal-
sis instrumentis Transactionem esse factam *I. 42. c. b. t. causam Trans-
actionis non esse secutam.* Videatur *Vigil. Method. Jur. p. 1. c. 41.* ubi
plures Exceptioni Transactionis oppositæ Replicationes collectæ inve-
niuntur. Replica à parte rei iterum insultatur Duplicatione. Hanc
rursum excipit à parte Actoris Triplicatio, quam sequitur Quadruplica-
tio rei & sic deinceps.

XI. Ne autem hisce Exceptionibus processus in infinitum pro-
trahatur, certus interdum officio Judicis aut constitutionibus cuiusque
föri partibus modus imponitur. Sic in Camera Imper. ultra Tripli-
cationem in peremptoriis Exceptionibus non proceditur *ord. Cam. p. 3.*
tit. 26. §. Wo aber. C. tit. 29. in fin. Hahn. d. I. tb. 23. nec in terris ubi
Jus Saxonum viget. *Const. Provinc. Saxon. p. 1. tit. 19.* in qua haec ratio
exprimitur, damit die Bielheit der Sachen verhütet und desso schleu-
niger zum Urtheil geschlossen werde / coler. ad rubr. de *Except. n. 5.*
Sicuti vero reus non tenetur ante probare suam exceptionem quam
actor

actor fundaverit suam intentionem; ita nec actor suam Replicationem
antequam reus probaverit suam Exceptionem. *Celer. Proces. Exec. p.
4. c. 2. n. 26. Carpz. Jurispr. for. p. 1. Conf. 5. d. 5. n. 5.* nam quæ ratio-
ne se habet Exceptio ad actionem, eodem modo se habet Replicatio ad
Exceptionem. *Pacian. l. 1. c. 22. n. 18. de Probat. Probata Replicata, actor
hoc consequitur, ut actio ante elisa in pristinum statum restituatur.
Donell. cancl. lib. 23. c. 7. lit. L. Wesembec. parat. ff. de Edend. Tempus
autem Replicandi, Duplicandi &c. consistit in arbitrio judicis Rosbach.
proces. Civil. tit. 44. n. 12. 13. & seqq.*

XII. Ex hac tenus dictis liquet, parum singulare & à coeteris ju-
dicatorum speciebus parum diversum obtinere in probatione nostra
Exceptionis; Quamobrem ex iisdem observantia regulis de illis a-
tmibus, quæ brevitatis gratia prætermittimus, statuendum erit. Sic
etiam compendiosum illud remedium expediendarum litium jusja-
randum quod in casu inopie probationum in subsidium aut supple-
mentum desertur carpz. proces. tit. n. artic. 1. n. 28. & ad quod tunc
demum recurrunt, cum alia legitimæ probationes desunt. *M. D. p. 7.
decis. 376.* hic admittendum erit. Ubi tamen notandum, quod iussus
jurare, si juramentum reserre nolit re adhuc integra pro evitando jura-
mento sibi delato consugere possit ad probationem sua intentionis, te-
stibus aut instrumentis præstandam. *Carpz. proces. tit. 13. art. 5. n. 12.*
& si ita suscipiens probationem nihil probaverit, ei nihilominus ad ju-
ramentum detur regressus, si illius præstatione causati suara luctari ve-
lit. *Ibid. n. 34.*

XIII. Illud quoque locum hic habere videtur, quod vulgo dici-
tur, quæ non prosunt singula, juncta juvante, & duo imperfecta faciunt
unum perfectum, ita ut plures probationes diversi generis imperfectæ
cumulatae plenam constituant probationem. *arg. l. 5. o. de Probat. Pi-
ctor. vol. 1. Conf. 17. n. 21. 22. Rotæ Decis. 119. n. 6. Gabriel cancl. 1. n. 1.
& seqq. surdi Decis. 12.* Sed illud tum demum procedit, cum diversa
se illæ tendant ad unum finem, nempe ut Judici de una eademq; re
fidem faciant. *Alciat. lib. 6. Respons. Conf. 29. n. 12. 13. Alexand. Conf. II.
n. 8. vol. 4.* Si verò timorem futuræ litis inter partes fuisse probetur,
per unum testem & per alium partes transegisse, eorum tamen testimo-
nia licet conjungantur, Judici plenam fidem facere nequeunt, sunt e-
nam in sua specie imperfecta, quia ad plenè probandum quodlibet in-

dicium requirit ad minimum duos testes. *Carpz. Pract. Crim.* p. 3. qv. 123. n. 43. *Baptist. Conf. Crim.* tom. 2. pag. 236. n. 10. adeò ut mille singularia indicia per mille singulares testes probata nonnisi pro uno indicio haberi possint. *Cothman. vol. 1. Rep. 12. n. 115. & seqq.*

XIV. Probationibus ad dictum modum coram Judice ventilatis Judicisq; interlocutionibus causà è deductâ , ut exitum habere possit, tandem partes concludunt seu submittunt, quæ summissio nihil aliud est, quām terminus exclusivus & renunciatio omnium probationum & defensionum tam juris, quām facti. *Vallenf. Conf. 92. n. 4. & s. Rosbach. Proceß. Civil. tit. 70. n. 1.* Hanc Dd. distingvunt in conclusio- nem expressam & tacitam *Terminus. Proceß. Judic. cap. 49.* ubi utriusque distinctas tradit formulas; præter illam quorundam Judiciorum usu, aliam conclusionis distinctionem observare licet: Concluditur enim vel conditionaliter protestando & reservando omnia beneficia Juris; vel purè & absolute cum renunciatione beneficii appellationis. Sed cùm nec hic ab aliarum forensium causarum conclusionibus diversum, quid observamus, de ejus effectu & reliquis requisitis ex iisdem Juris regulis, quas in aliis concludendi causis Dd. necessarias esse docent, judicandum erit. Videatur *Rosbach. d. l. Felin. c. cùm dilectus de fide instrum. Gail. l. 1. obs. 107.*

XV. Submissionem sequitur à parte agentium *Revisio*, vel ut Praxis habet, Actorum rotulatio coram Protonotario vel Secretario, aut ex justis causis coram duobus Assessoribus Judicii in termino ad hoc partibus dato, facienda, quā factâ interdum fit *Transmissio actorum*, ad Collegium Sapientum ut plurimum insciis partibus quorsum mittantur. *Gotoff. Fibigius Proceß. pag. 77. §. 17.* Possunt tamen partes contra Collegia J Ctorum excipere, quæ exceptio in *ordin. cancell. Gustr. p. 2. tit. 34.* restricta est ad duas tantum Academias. Postea Ju- dex ad pronunciandam sententiam, quā mediante processus hic finitur, sese præparat. *ordin. cancell. Gustr. d. l.* Eam verò ut extremum in Judicio, sequens & ultimum caput pro instituto nostro, compendiosè illustrabit.

Caput

Caput VI.

De medio finiendi procesum hunc,

Thesis I.

Postquam in causa conclusum est, non aliae supersunt partes Judicis quam pronunciatio sententiae petitio conformis. *l. 32. ff. de Pœn. Berlicb. Decis. 87. n. 1.* adeo ut fatuus dicatur Judex qui aliter fert sententiam quam fuerit petitum. *l. ult. c. de fideicomiss.* Ad eam vero audiendam peremtorie citatae venire debent partes, ne per eorum absentiam inefficax & nullius momenti efficiatur. *l. i. §. Item cum ex Edict. ff. quæ sententia sine appell. rescind. l. ea quæ. c. quomodo & quando Judex. Ferrariens. Pract. pag. 207. n. 25. Gail. lib. 1. obs. 109. n. 1.* Sed de hac materia nullitatis sententia & quomodo à nullitate conservari queat, videri potest *Zas. in l. cum probatis. ff. de re judic.* Interdum etiam sententia in absentes pronunciata valet, cum illi qui per contumaciam absunt, fictione Juris vel ut *Gailio d. l. placet*, per interpretationem praesentes esse creduntur.

I. Omnis sententia communiter distinguitur in Definitivam & Interlocutoriam. Hinc disquirendum hoc loco erit, utrum sententia in processu nostro Interlocutoria an Definitiva dici mereatur? Sed placet hic cum *Termin. Proceß. Jur. cap. 50.* tertiam quoque addere sententiarum speciem eamq; Mixtam dicere, quam non principaliter definitur principale negotium, sed tantum per consequentiam, cum tangitur in ea articulus qui ad Definitivam spectat *Zas. d. l. quæ tamen nihilominus vim & effectum Definitivæ habet. Gail. lib. 1. obs. 129. n. 5. & 6. Myasing. Cent. 1. obs. 66.* Cæterum non necessariò Judicem adstringi putamus ut super hac Exceptione interloquatur. *Menoch. Conf. cas. 167. n. 5.* sed sufficere si in causa principali pronunciet. *l. i. c. ord. Judic. l. 2. c. de ord. cogn.* Rationem ex *Gilk. in l. i. c. de ord. Judic. Umm. in Disp. 19. n. 16.* hanc affert, quod ex ipsa sententia jam appareat an eius rationem haberit Judex nec ne. Scriptis vero an ore fiat perinde est *arg. l. paet. c. de paet. cum de interlocutoriis & Mixtis nihil certi hac de re cautum sit, Umm. d. l. n. 19.* ita tamen ut usus & observantia Judicij in hoc ut in aliis legem constituantur.

III. Sed

III. Sed cum nonnunquam tanta sit iudicantium iniq[ue]itas & in-
justitia, ut licet pars bonam habeat causam, ea nihilominus iniqua Ju-
dicis sententia castra esset, nisi optima Lex iusta Judicia, vel odio, vel
corruptionem à via Justitiae devia, salutari remedio coerceret. *Tholosan.*
de Rep. lib. 4. cap. 6. n. 7. Hoc remedium dicitur Appellatio, cuius
usus quām sit frequens quamq[ue] necessarius, nemo est qui nescit. *I. 1.
ff. de Appell.*

IV. Cuilibet etiam in nostro casu, regulariter illō uti permitti-
tur modō intra decendium, à die latē sententia *Auth. Hodie. C. de Appell.*
Gail. lib. 1. obs. 139. n. 2. vel corām Judice competente aut corām Notario
& 2. testibus interponatur. *Carpz. Jurispr. for. p. 1. c. 20. d. 1. & 6.* Quod
factō Judex intra fatalia Appellationis requisitus tenetur intra termi-
num Jūris, hoc est, intra triginta dies à sententia lata numerandos A-
pellanti dare. *Apostolos 1. 7. ff. de Libell. dimiss. l. Judicibus. C. de Ap-
pellat.* & *Consil.* quibus acceptis ad prosequendam appellationem
habet anni spatium & ex legitima impedimenti causa bientium. *oldene-
dorp. syllog. Except. pag. 121.* Contra Transactionem autem appella-
tio non facile admittitur. *Meru. p. 2. Decis. 259. & 264.*

V. Memoratum remedium Appellationis est ordinarium, ideoq[ue]
ad extraordinarium non recurrentum, quamdiu illud locum habet.
I. 16. ff. de Minorib. Tholosan. in tract. de Appellat. lib. 1. c. 5. n. 13. sitq[ue]
appellatio à Judice inferiori ad superiori, *Rosbach. Proces. civil. tit.*
75. n. 2. Præter ordinarium, extraordinaria quatuor, tunc locum ob-
tinentia, cum causa corām Judice à cuius sententia non datur appella-
tio, ventilata est, recenset *Tholosan. d. 1. cap. 6. 7. 8. 9.* quorsum Lecto-
rem remittimus.


VI. Est etiam aliud remedium Jure consuetudinario introdu-
ctum, & reo minimè in nostro processu denegandum, quo quidem
non in totum impugnatur sententia Judicis. Sed cum ea obscura sit
posita, interpretatio & declaratio ejus ab eodem Judice exigitur, quæ
interpretatio Leuteratio dicitur, iisdemq[ue] serè cum Appellatione Jūris
Regulis continetur. *Mattbi. Wehner. Pract. obs. sub vocab. Leuterung.*
Carpz. d. 1. c. 19. d. 3. & ibi alleg. *Pruckman. vol. 1. Cons. 33. n. 26.* Sed
de his remediis uberioris & pro merito disquirere præsens instituti no-
stri ratio non finit.

VII. De

VII. De cætero non h̄ic prætermittendum, quod per sententiām Judicis in pœnam condemnatus (quod fieri tunc debet, cū pœna stipulatione Aquilianā promissa est) si sententiām in rem judicatam transire sit passus, executioni subjaceat, non tantum quoad pœnam stipulatam, sed etiam quoad litis expensas *l. 15. c. de Judic. vulgo die Gerichts-Roſten/* quæ secundum Dd. dividuntur in delicatas seu voluntarias, & nēcessarias. Vid. *Gail. lib. 1. obs. 151.* Regulariter enim vietus victori in necessarias condemnatur. *l. 18. §. 6. c. de Judic. c. 5. X. de dol. & contum. Berlich. lib. 1. concl. 78. n. 2.* nec tamen hoc indistincte sed designatione exhibitā & auditā alterā parte eas priūs Judex taxare debet: & si summa 20. florenos Rhenenses excesserit, juramento partis probandæ priūs sunt. *Authent. post Iusjur. c. de Judic. Nov. 82. c. 10. Gail. d. 1. in Judicio Camerali expensæ de Jure novissimo licet dictam summam 20. florenorum non attingant, æstimantur. Hahn. Dissert. de Proceſſ. th. ult.* fin autem victor justam litigandi causam habet expensæ solent compensari. *Conſtit. Crim. Carol. V. art. 201. vers. Es were denn Sache. aut ad minimum ex æquitate moderari. Fürſt. Meckl. Hoffzer. Ordin. p. 2. tit. 34. ordin. cancell. Guſtrow. p. 2. tit. 35.*

VIII. Ita jam naviculâ nostrâ in portum subductâ anchoram fignimus, eādem sanè intentione, quâ Glossator ille, qui in *clem. Roman. vers. Ceterum &c.* Domini mei ait, aperui vobis portam istius capituli, idèò vos supplico ut residuum videatis per vos. Nobis enim ob argumenti istius singularitatem & amplitudinem authorumq; quos optabamus, denegatum subsidium, præludia quædam præstítisse sufficit. L E C T O R quisquis & qui boniq; intus radicem alis, hæc quæſo serenâ fronte acceptato, legit, judicato, dubiis, obscuris, peregrinis, si, quæ tibi apparent, meditationem omisſis erratis vel minùs concinnè positis veniam & monitionem amicabilem adhibeto. Cur h̄ic amabo te, pigeat imitari? Me profectò cum D. Augustino nunquam pigebit, sicubi hæſito, querere, nec pudebit, sicubi erro, discere.


SOLI DEO GLORIA.



SOTTI D'EGLI GIORGI.

卷之三





dicium requir
123. n. 43. Ba
gularia indicia
dicio haberi p
XIV. P
Judicisq; inter
tandem partes
est, quam tern
& defensionum
bach. Proceß. Ca
nem expressam
distinctas tradit
aliam conclusio
vel conditionali
vel purè & abso
cūm nec hic ab
quid observamu
regulis, quas in
judicandum erit
instrum. Gail. I.

XV. Subn
Praxis habet, Ad
aut ex justis causi
partibus dato, s
ad Collegium Sa
tantur. Gotfr. E
contra Collegia J
strov. p. 2. tit. 34
dex ad pronuncia
fese præparat. ora
Judicio, sequens &
illustrabit.

duos testes Carpz. Præct. crim. p. 3. qv.
1. tom. 2. pag. 256. n. 10. adeò ut mille sim
ulares testes probata nonnisi pro uno in
an. vol. 1. Reßp. 12. n. 116. Et seqq.
d dictum modum coram Judice ventilatis
ausa è deducta, ut exitum habere possit.
submittunt, quæ summissio nihil aliud
& renunciatio omnium probationum
in facti. Vallenf. Conf. 52. n. 4. Et s. Ros
. Hanc Dd. distingvunt in conclusio
mis. Proceß. Judic. cap. 49. ubi utriusque
æter illam querundam Judiciorum ufu
em observare licet: Concluditur enim
io & reservando omnia beneficia Juris
inciatione beneficii appellationis. Sed
sum causarum conclusionibus diversum
et reliquis requisitis ex iisdem Juris
endi causis Dd. necessarias esse docent
osbach. d. l. Felin. c. cùm dilectus de fide

itur à parte agentium Revisio, vel ut
io coram Protonotario vel Secretario,
s Assessoribus Judicij in termino ad hoc
facta interdum fit Transmissio actorum
primùm insciis partibus quorsum mit
pag. 77. §. 17. Possunt tamen partes
ere, quæ exceptio in ordin. cancell. Gu
duas tantum Academias. Postea Ju
dici, quæ mediante processus hic finitur
tr. d. l. Eam verò ut extreum in
ut pro instituto nostro, compendiosè

CAPUT



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rostdok/ppn807095028/phys_0043](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn807095028/phys_0043)

DFG